

# Flora oder Botanische Zeitung.

Nro. 12. Regensburg, am 28. März 1820.

## I. Aufsätze.

\* *Muscorum nonnullorum novorum descriptiones; auctore Friderico Hornschuch, Ph. D. et botanices in academia Gryphiae demonstratore \*\*).*  
(Cum duabus tabulis aeneis).

### 1. *Voitia nivalis.*

**D**escriptio. Caules unciales ad biunciales, in caespites, pro sedis ambitu sex ad octo unciarum dense conferti et radicularum fuscarum tomento, usque ad apicem fere ascendente, ita connecti, ut absque dilaceratione haud facile separantur; inferne simplices, foliis emarcidis tomento-

\*\*) Schon längst war es unser Wunsch, die Kupfertafel von zwei sehr merkwürdigen neuen Moosgattungen, welche Herr Dr. Hornschuch seiner vortrefflichen Dissertation de *Voitia et Systylio*. Erlang. 1818. beigefügt hat, durch die Flora noch weiter zu verbreiten, als es vielleicht durch die Dissertation möglich gewesen ist. Da nun unser Freund diesen Wunsch gebilligt, und uns zu dem Ende die gedachte Kupfertafel überlassen hat; so folgt neben dem Abdrucke auch die vollständige Beschreibung

M

que radiculoso fusco tecti, superne infra florem ramo solitario vel gemino brevi innovantes. Rami eodem modo, quo caulis, innovatione prolongati, basi valde radiculosi atque adeo, cum caulis deorsum cito pereat, plantae vitam continuantes; hinc habitus plantulae separatae singularis, apice subfasciculatus.

Folia inferiora sub fructus maturitatem pleraque emarcida, lutescentia, in ramis novellis laete virentia, recto - patentia, ovata, concava, integerrima, basi sua caulem paulisper amplectentia, acuminata, nervo carinali viridi validiusculo in acumen piliforme excurrente. Retis areolae subrectangulæ, laxiusculæ, inaequales inter se, sed in basi et apice folii conformes.

Flos masculus et foemineus in eadem planta terminales; Masculus disciformis in rambulo brevi, infra foemineum ex caule vetustiori enato, terminalis; folia perigonalia octo, erecto - patula, ovato - lanceolata, longissime acuminata, integerrima, vel ob areolas marginales in-

---

der beiden Moose, die sie vorstellt. Zugleich fügen wir die vollständige Beschreibung zweier andern neuen Moosarten bei, die uns schon früher von gedachtem Freunde mitgetheilt wurde. Sie mag den Fleiß und den Scharfsinn dieses jungen Botanikers aufs Neue bewähren, und dadurch für den Flor der botanischen Wissenschaft Hoffnungen erregen, die sicher nicht unerfüllt bleiben werden.

Die Redaction der Flora.

aequales obsolete crenulata, nervo in apicem excurrente valido notata, tenera, retis areolis distinctissimis latis subrectangulis inaequalibus; interiora 3 — 4 angustiora, a basi ventricosa repente in apicem lanceolato - subulatum producta; foemineus in caule et innovationibus senioribus itidem terminalis; foliis perichaetialibus exterioribus caulinis similibus, interioribus 2 — 3 minoribus ovato - longius acuminatis, pistilla amplectentibus.

Pistilla dua; germinibus purpurascentibus reticulatis; stylis flavis acutis. Paraphyses pistillaris longiores, albo - hyalinae.

Pedunculus unciam unam ad lineas quatuordecim longus, erectus, laevis, sub capsula tortus, carneo - purpurascens, basi apiceque obscurior, sub capsula repente in discum infundibuliformem solidum dilatatus, ex quo capsula continuatur.

Capsula ovata, in acumen subobliquum truncatulum, laxioris texturae, pellucidulum attenuata, laevis, aetate hinc inde collapsa, spadiceo - fusca apice pallidiore, calyptra ad maturitatem usque vestita, nunquam dehiscens, sed una cum pedunculo suo, basi humore et putredine soluto, decadens, unde caespites plerumque setis capsuligeris omnis aetatis vario modo dispersis intexuntur.

Operculum nullum, cuius speciem apex capsulae attenuatus simulat. Peristoma nullum,

*Calyptra*, dum basi cohaeret, subcylindrica, integra, flava, capsula adulta autem campanulato-conica, grisea, tenuis, laevis, glabra, altero latere deorsum fissa, sursum vero integra et capsulae tam arce adglutinata, ut in maturitatem usque persistat et non, nisi tempestatum et pluviarum injuriis demum exesa, solvetur.

*Vaginula* bivalvis, membranacea; valvulis semicylindricis, apice truncatis crenulatis, marginibus contiguis pedunculum, in ipsa basi sua attenuatum, arete amplectentibus, sordide griseis.

*Columella* longitudine vix  $\frac{1}{3}$  cayi interioris capsulae, oblonga, obtusa, albida, pedunculo arce adhaerens.

*Semina* matura griseo-viridia, copiosissima, compacta.

Habitat in summo monte *Glokner* Carinthiae superioris, loco *Salmshöhe* dicto, porro in supremo cacumine jugi alpini *Pasterze* superioris ad limites extremos nivis aeternae, ubi in societate *Splachni urceolati* Hedw. placentas stercoris vaccini vetustas siccas caespitibus laete virentibus obtegit.

## 2. *Systylium splachnoides*.

*Descriptio.* Radix basilaris, capillaris, in caulem ascendens. Caulis tres lineas circiter altus, erectus, strictus, crassiusculus, supra radiculas innovans, ramisque eadem lege iterum innovantibus bis terve ramoso-dichotomus, basin

versus nudus, subsquamatus, purpureus, superne viridis, dense foliosus. Folia in apice caulis conferta, ovata, obtusa, ventricosa, carinata, margine integerrima; inferiora subimbricata, lutescentia, nervo valido, longius ab apice abrupte desinente atque in rete vasculosum folii soluto instructa; superiora paulo majora, patula, laete viridia, in reliquis cum inferioribus congrua. Retis areolae laxae, subrectangulæ vel rhomboideæ. Planta mascula magis ramosa quam foeminea, cum non solum e basi, sed etiam infra florem masculum, intra folia perichaetalia exteriora, innovationem emittere soleat. Folia huic ad apicem magis conferta in formam ovatam connivent, inter quae genitalia minutissimum discum vix nudo oculo percipiendum efficiunt. Folium perigoniale interius unum alterumve, minutum, ellipticum, obtusissimum, nervo mox evanescente notatum, concavum, basi genitalia involvens. Antherae 6, obovato-oblongae, fusco-virescentes; paraphyses duae, antheris dimidio longiores, validae, flavae. Folia perichaetalia reliquis duplo fere minora, paulo teneriora, laxius reticulata, nervo proprius ad apicem accedente, margine interdum subsinuata. Pistilla octo, purpurea. Paraphyses duas ad tres tantum vidimus. Fructus terminalis. Pedunculus 2—3 lineas longus, rectus, laevis nec tortilis, crassus, pallide croceus, basi, ubi e vaginula egre-

ditur, saturate purpureus, *Vaginula* ovato-conica, subplicata, *Stylis* residuis subsetosa, ore constricta, setae adnata, viridis, apice purpurea; sicca tota purpurea. *Capsula* erecta vel subobliqua, elongato-oblonga, in apophysin ejusdem longitudinis siccitate magis contractam virescentem attenuata, humida sordide virescens, sicca lutescens. *Peristomium*: dentes triginta et duo, breves, angusti, per paria approximati, basi connati, siccitate erecti, humiditate incurvi, purpurei. *Operculum* breve, conicum, obtusum, siccitate plano-umbonatum, columellae adnatum, pallidum, basi purpureum. *Columella* lutescens, capsula paulo longior, *Calyptra* conica, obtusa cum papilla, laevis, flavescens; adulta campanulata, acuminata cum brevi apicula, margine plus minus lacera, laevis, flava, nitida, apicula fusca. *Semina* grisea.

Habitat in Carinthiae superioris alpino jugo Pasterze inferiore, prope Hohenblut, ubi anno 1817, exente mense Septembri, ad rupem micaceo-schistosam, unico tantum loco latum caespitem plantulae hujus pulchellae, capsularum copia exuberantem, maturo jam fructu legi.

3. *Anictangium Hornschuchianum* Funck. Caule erecto subramoso; foliis e basi latiori lanceolato-subulatis, patentibus; setis lateribus caule brevioribus, capsulae obovatae operculo subulato, obliquo. Nees ab Esenbek.

Habitat prope Heiligenblüt in rūpibus madi-  
dis cataractarum.

**D e s c r i p t i o .**

Caules in caespitem conferti, ab unciali,  
ad triuncialem altitudinem elati, erecti simplices  
vel apicem versus parve divisi; ramis erectis, fa-  
stigiatis, simplicibus. Folia conferta caulemque  
tegentia, absque ordine tamen sparsa, basi dilata-  
ta caulem amplectentia, hinc erecto - patentia,  
apice plerumque leniter incurva, lanceolato - subu-  
lata, carinata, integerrima quidem, sed margine  
costaque dorsali sub acerrima lente veluti granu-  
lata, nervo valido, viridi, ad apicē multo mi-  
noribus e quadrato orbicularibus. Flores mas-  
culos nulos reperi. Folia perichaetalia 8 -  
10. imbricata, exteriora breviora, reliqua eo ma-  
jora, quo altius oriuntur, cuncta e basi ovata,  
concava in apicem subulato - filiformem, patulum  
repente contracta, nervo obsoleto instructa. Pa-  
raphyses filiformes. Seta lateralis, ubi caulis  
ob folia magis conferta, ex apice innovatione au-  
ctus videbatur, interdum in ipso angulo divisionis;  
oriunda, tres circiter lineas longa, cum capsula  
sua vix unquam ultra caulis apicem ramosque e  
caespite progrediens, atque eo profundius in caes-  
pite delitescens, quo sit aetate proiectior, recta,  
laevis, junior lutea basin versus rufescens, ma-  
turo fructu fusca et leviter torta. Capsula obo-  
vata, erecta aut parum obliqua, basi aliquantum

apophyseos in speciem protensa, laevis, immatura virescenti grisea, matura autem fusca post operculum delapsum late aperta, nuda. Calyptra lanceolata, latera fissa straminea. Operculum e basi dilatata subulatum, obliquum, longitudo fere capsulae, flavum, basi rutilans.

**Obs.** Simile *Anictangio compacto* Schwaegr. Suppl. a quo praecipue differt: Mole omnium partium duplo saltem majori, foliis absque ordine patulis lanceolato - subulatis, multo longioribus, nec verticillato - tortis, lanceolatis, strictis, setis brevioribus, ultra caulis apicem non progressis. Hinc *Anictangii compacti* Character essentialis hoc modo mutandus;

*An. compactum* Schw. Caule erecto, subramoso; foliis oblique subverticillatis, lanceolatis, madore strictis; setis lateralibus, caulem excedentibus, capsulae obovato - oblongae, operculo subulato.

Ab *Anictangio lapponico* capsula non striata, pedunculo longiori, foliisque patentibus longius distat.

4. *Weissia Mielichhoferiana*. Caule ramoso, fastigiato; foliis dense imbricatis, rhombo - ovatis, acutiusculis, denticulatis; capsulae pyriformes, nutantes in apophysin attenuatae operculo conico acuto. Nees ab Esenbeck.

**Locus.** Post Weissiam radiantem Hedw.

**Habitat:** Salisburgi in valle Grosarl.

## Descriptio.

**R**adix capillaris, tenuissima, in caulem alte ascendens. Caules in densos plerumque caespites conferti, a semiuncia ad duas uncias longi, graciles, flaccidi, ob folia appressa plus minusve filiformes et fere catenulati, rarius simplices, saepius a basi ramosi, ramis alternis, ab origine pertenui sursum parumper incrassatis, parallelis, undulatis, fastigiatis, acutiusculis apice iterum in aliquot ramulos breves divisis. — Folia in caule ramisque undique dense imbricata, seriebus octo cauli circumposita, tam sicco quam humido statu sibi arce incubentia, inferiora pleraque paulo angustiora, ovato-elliptica, obtusiuscula, fusco-nitida, summa latiora, ovata acutioraque, flavo-viridia, cuncta vero basin versus ita coangustata, ut rhombi figuram aemulentur, nervo valido, paulo infra apicem evanescente, carinata, concaviuscula, a medio ad apicem sub bona lente inaequaliter denticulata; retis areolis rhombeis laxis, pellucidis, versus folii basin majoribus, magisque in longitudinem protensis. Flos masculus in ramulis plerumque brevissimis, ob gemmam apicis clavatis, terminalis, subrotundus, fuscus, foliis perigonialibus ultra 12. late ovatis, obtusis, concavis, densissime imbricatis, caeterum caulinis similibus, nisi quod nervus citius evanescat, et areolae sint laxiores. Antheras vidi 3—4. clavatas, singulas singulis binisve paraphysibus sti-

patas. *Perichaetium (femineum) terminale*, e foliis lanceolatis, acutis, extremo apice denticulatis, ruptinervibus dense imbricatis, fuscis vel, in flore juniore, viridibus constructum. *Seta* 2 — 4 lineas longa, laevis, siccitate parumper torta, cum fructu imperfecto apice arcuata, quo capsula nutat, lutea, post operculum decussum erecta, fuscidula magisque torta. *Vaginula* conica, brevis, fusco - rufescens. *Capsula*, per se quidem spectata, subgloboso - ovata, ore contracto; ob apophysin autem in quam pari ferme longitudine a basi protrahitur, pyriformis videatur, nutans, laevis, primum viridis, dein flava, semine tandem emisso griseo - fusca atque tum temporis erecta. *Peristomii dentes* 16. erecti, remotiusculi, subulati, acuti, margine aliquantulum eroso - denticulati, albi, pellucidi teneresque linea media longitudinali obscuriori trabibusque transversis crebris notati. *Calyptra* non visa est. *Operculum capsula*, cum apophysi computata, plus sexduplo brevius eademque multo angustius, conicum, acutum, flavum. *Columnula* oblongo - conica, theca brevior.

#### Tabularum explicatio.

##### I. *Voitia nivalis*.

- a. *Caespitulus magnitudine naturali.*
- b. *Planta separata, magnitudine naturali.*
- c. *Pedunculi pars inferior cum tribus foliis perichaetialibus; lente aucta.*

- d. Capsulae immaturae; altera cum calyptra, altera nuda; lente auctae.
- e. Capsula matura longitudinaliter dissecta, aucta magnitudine.
- f. Folium sub microscopio composito, augmento A.
- g. Pars ejusdem inferior, augmento B.
- h. Flos masculus cum foliis perigonialibus exteriori et interiori, sub microscopio composito visus.
- i. Antherae duae cum tribus paraphysibus, augmento fortiori.
- k. Flos foemineus cum folio perichaetiali interiori, augmento ut in h,

*α.* Pistilla dua.

*β.* Paraphyses.

- l. Calyptia juvenilis cum folio perichaetiali et pistillo abortivo (*α*), augmento ut in k.
- m. Pedunculi pars inferior cum vaginula clausa, aucta magnitudine.
- n. Eadem pars magis aucta, vaginulae valvulis hiantibus.
- o. Segmentum verticale e media capsula cum columella, leute auctum.
- p. Semina, augmento A.

## II. Systylium s plachnoi des.

- a. Caespitulus magnitudine naturali.
- b\* Stirps separata cum fructu calyprato magnitudine aucta.
- b\*\* Alia planta fructu jam maturo, eolem augmento.
- c. Folium sub microscopio composito fortius auctum.
- d. Capsula cum operculo, lente valida aucta.
- e. Eadem secundum longitudinem dissecta, columellam cum operculo junctam exhibens.
- f. Operculum cum parte columellae adhaerentis inferne visum eodem vitro auctum.
- g. Flos masculus integer cum folio perigonali interiori, augm. A.
- g\* Anthera cum paraphysi seorsim considerata, ejusdem magnitudinis.

- h. Pistilla dua cum totidem paraphysibus.  
 i. Paraphysis solitaria.  
 k. Calyptra juvenilis, pistillis abortivis  
     et paraphysi residua circumdata.
- } sub microscopio  
 } composito modice  
 } augente.

## II. Botanische Notizen.

(Mitgetheilt vom Hrn. Dr. Hornschuch.)

\* 1. Herr W. I. Hooker fährt mit der Herausgabe seiner *Musci exotici* ununterbrochen fort; die neuesten Hefte dieses vortrefflichen Werkes enthalten wieder sehr interessante Arten aus dieser Familie.

Herr Lindley hat so eben seine Uebersetzung von Richard's *Analysse du fruit etc.* mit Kupfertafeln und Bemerkungen begleitet, herausgegeben und beschäftigt sich gegenwärtig mit einer Monographie der Gattung *Rosa*, einem Prachtwerke mit ausgemahlten Kupfern.

Afzelius in Upsala schreibt Linnés Leben; Wahlenbergs *Flora Upsaliensis* wird nächstens erscheinen.

Agardh in Lund giebt ausser andern Schriften auch noch Abbildungen neuer Tange und Algen in einzelnen Heften heraus: es sind bereits die Tafeln zu mehreren Heften gestochen und das erste Heft wird nächstens in Commission bei Mauritius in Greifswald erscheinen.

Hr. Hofrath Dr. Schulz in Neubrandenburg, Verfasser der *Flora Stargardiensis* arbeitet ge-

# ZOBODAT -

## [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1820

Band/Volume: [3](#)

Autor(en)/Author(s): Hornschuch Christian Friedrich

Artikel/Article: [Aufsätze 177-183](#)